

# EPISTOLÆ HIERO.

OPVSEPI

STOLARVM DIVI EVSEBII HIERONIMI STRIDONENSIS, VNA  
CVM SCHOLIIS DES. ERASMI ROTEROV.

spora omnia Cracoviæ, Cracoviæ  
legenda remulca et  
num inuenit coruscans digna  
per omnia et TUM purgari potuit.

Vancorodam  
nau Augau  
cunexa  
gal pin  
m. thy.



1528

de la Compagnie des Sœurs de Salâ

**EXIMII DOCTORIS HIERONYMI STRIDONENSIS** Vita, ex ipsis potissimum scriptis contexta per Def. Erasmus Rotetodamii.

**S**icut haud sum nescius, veterum permultos in hac fuisse sententia, ut pium & officiosum esse ducerent, in cōmodū publicum apte cōfictis narrationib. abuti; nempe uel ad uitā res pte pie q̄ instituendā, uel ad erigendos & inflāmandos ad honesti studiū animos, uel ad fulciendā quortundā imbecillitas tem, uel ad territandos impios: quos neq; ratio corrigit, neq; mouet charitas; uel ad illustrandā miraculis sanctorum homi nūs gloriam. Atq; hoc fuci genus nec Platoni displicuit, nec

A  
Mēda  
ciū of  
ficio &  
sum.

Origeni, nec horum dogmā sequutis. Certe obiicit hoc Hieronymus Ruffino, atq; hic uicissim in Hieronymū regerit, malens alterum eodem cōspurcare luto, q̄ in se cōiectum lutum abstergere. Est quidem mira quædā tuigi cedulitas, in dō nō scio quid penitus insitum animis mortaliū, ut ficta lubentius audiant q̄ gesta: & cōmenticiis supra q̄ ueri fidem fabulis libētius assentiātur q̄ ucris: adeo ut olim uiri prudentes quicquid uehemēter cōmendatum esse uellent multitudini, id fabulosis miraculis celebrarēt: uelut numinū religionē, origenes urbium aut gentium, exordia nobiliū familiarū, exempla clarissimorū principiū. Hoc igitur imē peritorum affectū, ad ipsorum abuti cōmodum, permittebat illi, ied non nisi sapienti uiro, propterea q̄ huius rei fructus omnis pereat, si semel suboleat artificium mentiendi. Verum hac quidem in parte haud grauatim in Augustini sententiā pedibus eo: non solum ob easī causam, quam ille sanē grauem adducit, ne si semel in Christianorū literis suborta fuerit mēdaci suspicio, fiat ut nec his habeatur fides, quorum autoritatē modis omnibus indubitatā & incōuulsam esse oporet; sed multo magis, q̄ meo iudicio, ne possit quidem uir probus ac sapiens esse, qui tam male sentiat tum de sanctis uiris, tum de lectoribus. De sanctis quidem, quos aut usq; adeo iudicarint propriæ domesticæ q̄ laudis inopes, ut alienis mendaciorū putarint illustrados: aut adeo νενοδόξους stulte q̄ gloriose, ut Aēsopica corniculæ ritu uelut in proscenio gaudeant ostentari, ficticiis laudibus eeu plus mis alienis adornati. De lectoribus autē, quos omnes aut ita stupidos ac mucoſis naribus arbitrati sint: ut cum ueritas semper habeat suā faciē, nullis imitabilē fucis, non queant excogitatā artificio fabulam à uero dignoscere: aut certe adeo gratis etiam nequam ac peruersos, ut scientes ac uolentes faueant uanitati. Quod si uitari non potest, quo minus istiusmodi fabulamēta misseantur nostris uoluntib; minibus, certe quod proximum est, oprarim. Quid istud inquires? Nimirū plāstē eximium ac prudentē, catum' q̄ mentiendi artificē. Quandoquidē iuxta Socratis sententiā, nemo sit ad ad mentiendū accōmodatior, q̄ qui ad uera dicendū est ap positiſſimus; quod eiusdem artificis partas esse ducat, certissime ueridictum esse, & nihil omnino ueritatem dicere. Hoc quidē consilio suam historiam contexuit Hero dotus, hac ratione Xenophon Cyri descripsit institutionē, nō ad historiæ fidem, sed ad exemplum probi phr̄ndipis. Nēq; alio spectante uidetur Homerus ille, quem iure fabularum Oceanum possit dicere. Veram hī quēadmodū ingenij quidem & eloquentiæ laudem singendo, p̄meriti sunt: ita dum malum uirtutis exēplar effingunt, ac p̄ponunt, non mediocriter offecerūt uitæ mortalium. Si quidē Herodotus stultos plerosq; facit príncipes. Xenophon uafrum quempiam & ΚΥΛΑ ΔΙΤΙUM expressit, potius q̄ uere prudentē ac salutarē príncipē. Homerus eiusmos di facit deos, cuiusmodi nolit magistratus bene morata ciuitas. Deinde tales despinxit uxores deorum, qualem nemo probus quis cōjugem aut optet domi sua, aut ferat. Deniq; tales finxit deorū filios, ut nemo fanus paterfamilias similes sibi liberos uelit obtingere, ut non abs re Plato locum illi negarit in sua republ. Neguel tantillum erat causa cur Alexander ille magnus inuidet Achilli, talem laudem præconē, si penitus intellectisset, quid sit uere magnū ac salutarē agere prīcipem. Ego nihil arbitror esse rectius, q̄ eiusmodi describere sanctos, cuiusmodi fuerunt

Augu  
stinus  
hostis  
mēda-  
cij.

B

Si fin  
gēdū  
est, p.  
bū ex  
éclar  
est fin  
gēdū .

# EPISTOLAE

SIVE LIBRI EPISTOLARES DIVI  
EVSEBII HIERONYMI STRIDONENSIS,

*uetustissimorum codicum collatione* ~~difficiliorum~~ *res*

cogniti ab ERASMO ROTERODAMO

*Speculatorum positione*, & eiusdem Argu-

mentis ac Scholiis illustrati.

A

## ARGUMENTVM DES. ERASMI ROTE.

RODAMI ~~adversarii~~ in Epistolam sequentem.

\* Quum diuus Hieronymus erenum adisset, Heliodorū sodalem charissimum, qui ipsum officij causa fuerat prosequutus (ut alibi testatur) conatus est apud se retinere: quod quum non potuisse efficere, literis ad illum datis, hortatur ad solitariæ uitæ societatem. Refellens singula, quæ eum uel ab erro deterrere, uel in urbibus remorari possent, ostendens quæ quām non sit tumultum episcopi munus suscipere, & quām non facile tueri susceptum. Deinde uelut in peroratione, eremitice uitæ felicitatem decantat, ac supremi iudicij terrorē ob oculos ponit. Huius Epistolæ nominatim mentionem facit in Catalogo operum suorum, & exhortatoriam uocat. Scripsit autem admodū adolescens, ac penè puer, quemadmodum in proxima testatur epistola, illud addēs, sese in hac calentibus adhuc rhetorum studiis, pro illius aetatis ratione, scholastico flore lusisse. Prōinde scatet metaphoris, allegoriis etiam fabulosis, epiphonematis, dilemmatis, ac reliquis id genus orationis ornamentis. Conatus artis eiusmodi est, ut tyronem, sed summae spei tyronem possis agnoscere. Ceterum argumenti genus προτρέπτικόν est, de quo paulò post dicemus.

B

AD HELIODORVM DE LAUDE  
VITÆ SOLITARIAE.

VANTO AMORE ET STUDIO CON-  
tenderim, ut pariter in eremo morarenur, con-  
scium mutuae charitatis pectus agnoscit. Quis  
bus lacrimis, quo dolore, quo gemitu, te abeu-  
tem prosequutus sim, istæ quōq; literæ testes  
sunt, quas iachrymis cernis interlitas. Verum  
tu quasi parvulus delicatus, contemptum ro-  
gantis per blandimenta fouisti: & ego incau-  
tus, quid tunc agerem, nesciebam. Tacerem; Sed  
quod ardenter uolebam, moderate dissimulare  
non poteram. Impensis obsecrare; Sed au-  
dire nolebas, quia similiter nō amabas. Quid  
unum potuit, spreta charitas fecit. Quem præsentē retinere non ualuit, quæ-  
rit absentem. Quoniā igitur & tu ipse abiens postularas, ut postea quām ad  
deserta migrāsem, in uitatoria ad te scripta transmitterem, & ego me factu-  
rum promiseram: Inuito. Iam propera. Nolo pristinarum necessitudinum  
recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te longinquæ peregrinationis terreat  
difficultas. Qui in CHRISTVM credis, & eius crede sermonibus. Quarite  
primum regnum dei, & haec omnia apponētur uobis. Non pera tibi sumen-  
da, nō uirga est. Affatim diues es, qui cum CHRISTO pauper est. Sed quid  
ago? Rursus inprovidus obsecro? Abeant preces, blandimenta discedant.  
Debet amor Iesu irasci. Qui rogantem contempseras, forsitan audies obiu-  
gantem. Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi uallum? ubi fossa?

Militia,  
uita Chri-  
stiani.

item; Laudes Machabaeorū. ¶ Quidam Herona. ] Heronis legendum, ex Sophro-  
nio, ἡρόνος. Non enim agitur de titulo libri, sed de autore.

## DIODORVS.

¶ Ad Eusebij magis Emiseni. ] Ut rursum ex characteris indicio notat librū fal-  
so inscriptum. ¶ Cuius sensum cum sequutus sit. ] Vbi sunt, qui solent respon-  
dere, non eundem hominis esse stylum ubiqꝫ.

## PRISCILLIANVS.

¶ Abilæ ep̄s. ] Abila ciuitas est Phoenices in Syria. ¶ Factioe Hylatij & Hitha. ]  
Sic. n. restituitus uarie deprauata uocabula, partim ex Sophro, partim ex notis  
uetustissimi codicis.

## MATRONIANVS.

¶ Hunc uerterant in Latronianum. ¶ Cum Encrotia. ] Cum Euchrotia legēdū.

## TIBERIANVS.

¶ Matrimonio copulauit. ] Idest, coegerit ut nuberet, sic enim explicat Sophr. ne  
quis accipiat, illum suam ipsius duxisse filiam.

## AMBROSIUS Mediolanensis.

¶ Cum multis superstites honorifice recēsuerit Hieronymus, mirū cur in uno  
Ambrosio prætexit hanc causam, quod adhuc uiueret. Certe poterat illius opera  
recensere. Verū non optime sensisse de literis Ambrosij Hiero. calūnia & Ruffi.  
Et cōsentāncē est, illum non p̄basse hominis dictionē, cum fidem & sanctimoniam  
approbarēt.

## IOANNES.

¶ Hunc putant esse Ioannem, quem uulgo Chrysostomum dicimus, post episco-  
pum Constantinopolitanū. ¶ De quibus, περὶ τερπωτήν. ] Idest, de sacerdos-  
tio. Hactenus Hieronymus de Ioanne, nec plura Sophronius. Cæterum in uetus  
stissimo codice hæc adiecerat, nescio quis: De compunctione cordis. De lapsu ani-  
mæ. De mysterio crucis. De fide aduersum Arrianos. Aduersum Macedonianos.  
Aduersum Anomœos & alia infinita, quæ nec inueniri apud aliquem, quis stu-  
diosum, facile est: sed per totum orbem scripta eius, tam Græco sermone ædita, &  
Latina translatæ, uelut fulgura discurrentia, micant. Claruit maxime sub Arcadio  
principi, à quo & priuata Augustæ coniugis indignatio in exiliū pulsus, obiit;  
& post multos annos corporis eius reliquiae cum magna gloria à Theodosio filio  
Constantinopolim deportata, inter apostolorum thecas conditæ iacent.

## GELASIVS.

¶ Post Eunomiū. ] Ἐγώιομ, cōsentiente Sophronio, cum emēdatissimis exē-  
piaribus nostris.

## THEOTIMVS.

¶ Tomortum episcopus. ] Naso: Tomitanæ iam non nouis incola terra. ¶ Bre-  
ues commentarios q̄b. ] Commaticos q̄b, legēdū est ex uetusstissimo codice, hoc  
est, breuibus clausulis distinctos.

## SOPHRONIVS.

¶ De subuersione Serapis. ] Apis bos colebatur apud Ægyptios pro deo. Idem  
Serapis dictus est.

**OPERVM DIVI HIERONYMI TOMVS PRIMVS,**  
ea complectens, quæ ad uitæ patissimum institutionem faciunt, adiecta Co-  
ronide scriptorū illustrū, quām potuit diligentia castigatus, & Scho-  
lis Erasmianis illustratus, feliciter LVGDVNΙ absolitus est in  
typographaria officina IOANNIS CRESPINI, anno ab ora  
be redēpto Millefimo quingentesimo uicefimo octauo,  
Fruere lector, & memineris hæc cōpluribus erudi-  
tis uiris, uix aestimandis sudoribus cōstitisse.

## REGETVM.

AA, BB, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y. Omnes uero quater-  
niones sunt: præter BB, et y, qui terniones; & quinternio: ei x, duernio.

A

B

**TOMVS SECUNDVS**

**ALTER TOMVS EPI**

STOLARVM DIVI EVSEBII HIERONYMI STRI-  
DONENSIS, COMPLECTENS ἈΛΕΓΤΙΚΑ ΚΑΙ  
ἈΠΟΛΟΓΤΙΚΑ, NIMIRVM EA QVÆ PER-  
TINENT AD REFELLENDAS DIVER-  
SAS HÆRESEIS ET MALEDICO-  
RVM CALVMNIAS: VNA CVM  
ARGVMENTIS ET SCHO-  
LIIS DESIDE. ERASMI  
ROTERODAMI SA.  
CRÆ THEOLO.  
GIA PROFES  
SORIS.

\*

**LVGDVN EXCVSSVS**

ANNO VIRGINET

PARTVS

**M D XXVIII.**

A  
S

neribus. Porro ad palastrā, & hīmōi certamina, bos īutilis est. ¶ Ruffini & Melanī. J Allusit ad colorē. Melan. n. Græce nigrū. Et Ruffinus à colore dictus uideatur. Alibi quoq; iocat in cognomē nigredinis. ¶ Teipm int. J Ῥῶθι σαντὸν. i. nosce teipsum: qd̄ dictū qd̄ asseribit Chiloni. ¶ Resurgēs mortuus confu. Si qd̄ illi docēt, hoc necessario cōsequi: mortuus est, igit nō uiuer: q; à priuatiōe nō sit redditus ad habitū. At Christus ea cōfutat, qui uiuit, cum uere fuerit mortuus. ¶ Croſi. J Cr̄esus Lydorū rex in opulētā puerbiū abiit. ¶ Sardanapalus. J Assyriorū rex, quauis muliere corruptior: mollicie sua nobilitatis est. ¶ Inter radi. J Hoc loco intellige instrumēta textoria. ¶ Demosthenis & Tullij. J Intelligit insuetūas: sic. n. appellat Cicero suas orationes habitas in Antoniū, ad imitationē Olyntiacarū, quas Demosthenes dixit in Philippū regem Macedonum.

## ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQVENTIS.

\* Rūdet iis q obtrestabāt, q de Græcis & Hebræis līris qdā iam recepta mutari, imodicā in Hiero. doctrinā calūniātes, quasi sola inficiā Christianū efficiat.



## HIERONYMVS MARCELLÆ.

OST priorē ep̄lam, in qua de Hebræis uerbis pauca p̄strinxerā: ad merepēte platū est, quosdā homūsculos mihi studiose detraherū: cur aduersū autoritatē ueterū, & totius mūdi opinionē, aliquain euāge liis emēdere tētauerim. Quos ego cū possem meo iure cōtēnere (Alio nō q̄ppe lyra supflue canit) tñ ne nos supbiaz, ut facere solēt, arguāt, ita r̄sum habeāt: nō adeo me hebetis fuisse cordis, & tā eras̄t rusticitatis (quā illi solā p̄ sanctitate hñt, p̄scatorū se discipulos asserētes, quasi idcirco sancti sint si nihil scierit) ut aliqd de dñicis uerbis, aut corrigēdū putauerim, aut nō diuinis inspirati: sed Latinorū codicis uitiositatē, q ex diuersitate librorū oīm cōprobāt: ad Græcā originē, nū & ipsi trāslata nō denegāt, uoluisse reuocare. Quib. si displicet fontis unda purissimū: cornosos riūulos bibāt: & diligētiā qua auī syluas, & concharii gurgites norūt: in scripturis legēdis abiiciāt: sīt q̄ in hac re tm̄ simplices, & Christi uerba existimēt rusticana: q̄b. p̄ tārā iā secula, tātorū igeñia sudauerūt utrōnē uerbi, uniuscuiusq; magis opinati sint q̄ exp̄sserit, Apl̄m arguāt iniçitiae, q ob multas līras iſanire dicāt. Scio te cū ista legerie, rugare frōtē, & libertate meā rursum seminariū timere rixarū: ac meū, si fieri pōt, os dīgito uelle cōprimere: ne audeā dicere q̄ alij facere nō erubescit. Rogo qd̄ a nobis libere dictū est! Nūqd̄ iācib. idola exalata descripsi! Nūqd̄ iter epulas Christianas, uirginatib. oculis baccharū satyrorū q̄ complexus innexui: aut unq̄ aliquā camarior sermo pulsauit! Nū qd̄ ex mēdicis diuites fieri doluimus! Nūqd̄ rep̄hēdi hereditarias sepulturas! Vnū miser locut̄, q̄ uirgines sp̄eā debetēt cū mulicrib. esse, q̄ cū masculis: totū oculos urbis offendit: cūctorū digitis notor. Multiplicati sīt sup capillos capitis mei, q̄ oderūt me gratis, & fact̄ sum eis in parabolā: & tu putas me aliqd deinceps locutū? Verū ne Flaccus nob̄ rideat: Amphora cōp̄it iſtitui, currēte rota, curr̄ urceus exīt? reuertimur ad n̄ros b̄ pedes asellos: & illorū i aure buccina magis q̄ cithara cōcrepam̄. Illi legāt, spe gaudētes, tpi seruētes. Nos legam̄, spe gaudētes, dño seruētes. Illi aduersus ps̄byterū accusationē oīno p̄nitē recipiēdā: nos legam̄, aduersus ps̄byterū accusationē ne recepis: nīl sub duob. aut trib. testib. peccātes aūt corā oīb. argue. Illis placeat hiānus sermo & oī acceptiōe digna: nos cū Græcis. i. cū Ap̄lo, q̄ Græce locut̄ est, eremī: Fidelis sermo & oī acceptiōe dignus. Ad extre mū illi gaudeat gallicis cāteriis: nos soluto uiculis & i ūlulatoris mysteriū p̄parat̄, Zachariæ asellus ille delecter: q̄ postq̄ dño terga p̄buit: cōp̄it Esaīe cōlonare uaticinio: Beatus q̄ sc̄minat secūs cēm aquā, ubi bos & asinus calcant.

FINIS.

Lugduni, in officina Ioannis Crespini, Anno domini. M.D.XXVIII.

REGESTVM.

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z, M.  
Omnes sunt quaterniones, prater fē qui est quinternio.

**TOMVS TERTIVS.**

**TOMVS VLTIMVS**

EPISTOLARVM SIVE LIBRORVM EPI-  
STOLARIUM DIVI EVSEBII HIERONY-

MI STRIDONENSIS, COMPLECTENS

TA ÆTHRIMATIKÀ, NEMPE QVÆ AD

EXPOSITIONEM DIVINÆ SCRIP-

PTVRÆ FACIVNT: VNA' CVM

ARGVMENTIS ET SCHOL-

LIJS DESIDE. ERASMI

ROTERODAMI SA.

CRÆ THEOLO-

GIÆ PROFES

SORIS.

\*

**LUGDVNI EXCVSSVS**

ANNO VIRGINEI

**PARTVS**

**M D XXVIII.**

A

CENSURA DES. ERASMI ROTE. IN  
præcedens opus.

**N**ON PARVM EST DISCRIMINIS INTER ANNOTATIO-  
nes, quas diuinis Hieronymus scripsit in Genesim, & quas haec tenus in  
reliques libros Pentateuchi, quanq[ue] & illas nonnihil abbreviatas suspi-  
cor. Et tamen in præfatione similes commentariolos pollicetur, nec est dissimile  
ueri, opus hoc ab Hieronymo fuisse conscriptum. Verum solet ille in docendo esse  
diligentior q[uod] hic est, citare diuersas interpretationes, adducere Graeca Hebreæ q[uod]  
testimonia, & omnino fusius ac locupletius rem ediscerere. Ad hæc quodam in lo-  
co propemodū faterur se nescire Hebraice. Proinde coniicio præsens opus à do-  
cto quopiam, sed Græcarum & Hebraicarum literarum ignaro, è diuersis, in com-  
pendium fuisse contractum, omissis his, quæ tantum Latine scientes torquere pos-  
sent, & his quæ poterat intellectu consequi breviter annotatis. Ad vigilandū igitur,  
si forte liber integer, ut ab Hieronymo scriptus fuit, inueniri queat. Hæc in-  
terim indigna uisa sunt, quæ prætermitterentur.

FINIS OPERIS EPISTOLARVM DIVI EUSEBII  
HIERONYMI STRIDONENSIS, Vna cum Scholiis DESI-  
ERASMI ROTERO. denio per illum non uul-  
gari cura recogniti, correcti ac  
locupletati:

LUGDVNI excussum  
in officina calographaria IOANNIS  
CRESPINI, Anno uir-  
ginea partus

1528

B

## IOANNES FROBENIVS AMICO LECTORI. S.D.



EFELLIT nos unus atq[ue] alter locus inter castigandum, quod  
tamen pro mea ingenuitate dissimulare nolui. Tomo t[om]o p[ri]mo  
pagina. 73. uersu. 18. & rursus. 20. pro Bad, scri-  
bendum est Bar, refert enim Hieronymus dictiōnēm depraua-  
te, ut erat à Marcella proposita, quemadmodum indicant &  
Scholia. Tomo t[om]o p[ri]mo pagina. 152. uersu. 39. per incu-  
riam deprauata est scriptura, quæ prius bene habebat. Et tuū  
nomen qui in Vigilantio loqueris, libere proclamabis te es-  
se &c. Ceterum quod hic non uides additos libros, de locis & nominibus Het-  
braicis, quorum tamen Erasmus in præfatione quadam mentinit: post enata sunt  
quæ suaderent hoc mutare consiliū. Fruere Lector, & nostram indu-  
striā qua iugiter desudamus honestissimis studiis, tuo  
candore fac adiuues. Bene uale. Ex adi-  
bus nostris Basileæ, Anno. M.  
D.XXIII. prid'. Kal.  
Septemb.

Regestum huius Tomi.

aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg, hh, ii, KK, ll, mm, nn, oo, pp, qq, rr.  
Quaterniones sunt omnes, præter rr, qui est quinternio.